

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**P. Vergili Maronis Aeneis**

**Vergilius Maro, Publius**

**Berolini, 1889**

X.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](#)

## X.

Iuppiter dis convocatis bellum inter Troianos et Italos, quamquam  
fieri veterat, tamen suscitatum indignatur; — 15  
Venus et Iuno de causa calamitatis Troianorum inter se rixantur. 95  
aequatis utrorumque sortibus Troiani vim Rutulorum sustinent. 145

Aeneas foedere cum Tarchone icto triginta navibus devehit socios: 165  
praemisso equitatu adsunt Etrusci Ligures Mantuani; 214  
a nymphis marinis de periculo suorum doctus expedit arma, 275  
cum magna suorum laetitia, hostium miratione milites exponit, 307  
quod facere frustra prohibitus cum Turno, acie dimicat. 361

Pallas quamvis equitibus suis ex fuga retractis bene rem gerat, 425  
tamen iniquo proelio cum Turno congressus mortem occumbit. 509  
id ubi comperit, Aeneas Turnum ferro petit per acies Rutulorum, 542  
sed hoc tantum efficit caedibus, ut castra obsidione liberentur: 605  
Turnum ut periculo mortis eripiat, Iuno potestate ab Iove facta 635  
vana spe Aeneae feriendi in navem elicit et domum abducit. 688  
Mezentius posteaquam cum Etruscis ancipiit diu Marte certavit, 754  
ab Aenea vulneratur, Lausus filius patrem protegens necatur; 832  
ad quem ulsciscendum equo ille concitato reddit mortemque minitans obit.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi  
conciliumque vocat divom pater atque hominum rex  
sidereum in sedem, terras unde arduus omnis  
castraque Dardanidum aspectat populosque Latinos.  
considunt tectis bipatentibus, incipit ipse:  
'caelicolae magni, quianam sententia vobis  
versa retro tantumque animis certatis inquis?  
abnueram bello Italianam concurrere Teucris.  
qua contra vetitum discordia? quis metus aut hos  
aut hos arma sequi ferrumque lacessere suasit?' 10  
adveniet iustum pugnae (ne arcessite) tempus,  
cum fera Karthago Romanis arcibus olim  
exitium magnum atque Alpes immitet apertas:  
tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.  
nunc simile et placitum laeti componite foedus.' 15

4 spectat P<sup>2</sup>γ 7 certatur Menag. II inde tantumne a. c. Peerlk.

Iuppiter haec paucis, at non Venus aurea contra  
pauca refert:

o pater, o hominum rerumque aeterna potestas  
(namque aliud quid sit, quod iam implorare queamus?),

cernis, ut insultent Rutuli Turnusque feratur  
per medios insignis equis tumidusque secundo

Marte ruat? non clausa tegunt iam moenia Teucros,  
quin intra portas atque ipsis proelia miscent  
aggeribus murorum et inundant sanguine fossae.

Aeneas ignarus abest. numquamne levari  
obsidione sines? muris iterum imminet hostis

nascentis Troiae nec non exercitus alter,  
atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis  
Tydides. equidem credo, mea volnera restant  
et tua progenies mortalia demoror arma!

si sine pace tua atque invito numine Troes  
Italiam petiere, luant peccata neque illos  
iuveris auxilio; sin tot responsa secuti,

quae superi manesque dabant, cur nunc tua quisquam  
vertere iussa potest aut cur nova condere fata?

quid repeatam exustas Erycino in litore classis,  
quid tempestatum regem ventosque furentis  
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?

nunc etiam manis (haec intemptata manebat  
sors rerum) movet, et superis immissa repente  
Allecto medias Italum bacchata per urbes.

nil super imperio moveor: speravimus ista,  
dum fortuna fuit; vincant, quos vincere mavis.

si nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx ? of. deo.  
dura, per eversae, genitor, sumantia Troiae  
excidia obtestor, liceat dimittere ab armis

incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem:

Aeneas sane ignotis iactetur in undis  
et, quamcumque viam dederit Fortuna, sequatur;

hunc tegere et dirae valeam subducere pugnae.

est Amathus, est celsa mihi Paphus atque Cythera

20/1 feratur . . tumidusque om. M<sup>1</sup> (aberravit a nomine Turnusque  
ad tumidusque), secl. Ribb. 22 claustra M<sup>1</sup> inde non claustra t.,  
non m. T. Wak. 24 merorum c<sup>2</sup> moerorum P<sup>1</sup>b<sup>2</sup> Serv. Ribb.; cf.  
144 et XI 382. fossas, PRVyb Serv. Ribb. 27 nec . . alter damn.  
Ribb. 28 surget Myb Lad. 49 quacunque P 51 mihi om. x  
Serv. alque alta Cythera P<sup>2</sup>Ry'a<sup>1</sup>, unde c. P. a. a. C. Wagn. et Lad.

cf. V.

Idaliaeque dom  
exigat hic aev  
Karthago prem  
obstabit Tyri  
iuvit et Argoli  
totque maris  
dum Latium  
non satius ci  
atque solum  
reddi, oro, m  
da, pater, illi  
acta furore  
rumpere et o  
Aenean homin  
bella sequi av  
Italianum petuit  
Cassandrea in  
hortati sumus  
num puer s  
Tyrrenenamq  
quis deus in  
agit? ubi hi  
indignum es  
nascentem  
cui Pilumn  
quid face T  
arva aliena i  
quid soceros  
pacem orare  
tu potes Aen  
proque viro  
et potes in te  
nos aliquid R  
“Aeneas ignar  
est Paphus Id  
quid gravidam  
nosne tibi flu  
conamur? nos

67 fati p  
Lachm. Lucifer. 208  
Lad. Ribb.  
157, 303.

Idaliaeque domus: positis inglorius armis  
 exigit hic aeum. magna dictione, iubeto,  
 Karthago premat Ausoniam; nihil urbibus inde  
 obstabit Tyriis. quid pestem evadere belli      55  
 iuvit et Argolicos medium fugisse per ignis  
 totque maris vastaeque exhausta pericula terrae,  
 dum Latium Teucri recidivaque Pergama quaerunt?  
 non satius cineres patriae insedisse supremos  
 atque solum, quo Troia fuit? Xanthum et Simoenta      60  
 redde, oro, miseris iterumque revolvere casus  
 da, pater, Iliacos Teucris? — tum regia Iuno  
 acta furore gravi: 'quid me alta silentia cogis  
 rumpere et obductum verbis volgare dolorem?  
 Aenean hominum quisquam divomque subegit      65  
 bella sequi aut hostem regi se inferre Latino?  
 Italiam petiti fatis auctoribus, esto,  
 Cassandrae impulsus furis: num linquere castra  
 hortati sumus aut vitam committere ventis?  
 num puer summam belli, num credere muros?      70  
 Tyrrhenamque fidem aut gentis agitare quietas?  
 quis deus in fraudem, quae dura potentia nostri  
 egit? ubi hic Iuno demissave nubibus Iris?  
 indignum est Italos Troiam circumdare flammis  
 nascentem et patria Turrum consistere terra,      75  
 cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater:  
 quid face Troianos atra vim ferre Latinis,  
 arva aliena iugo premere atque avertere praedas?  
 quid soceros legere et gremiis abducere pactas,  
 pacem orare manu, praefigere pupibus arma?      80  
 tu potes Aenean manibus subducere Graium  
 proque viro nebulam et ventos obtendere inanis  
 et potes in totidem classem convertere nymphas:  
 nos aliquid Rutulos contra iuvisse nefandum est?  
 "Aeneas ignarus abest." ignarus et absit!      85  
 est Paphus Idaliumque tibi, sunt alta Cythera:  
 quid gravidam bellis urbem et corda aspera temptas?  
 nosne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo  
 conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis

67 *fatis petiti* 'nonnulli admodum vetusti' Pierii, Haupt auct.  
 Lachm. Luer. 208.      72 *nostri* M<sup>1</sup>; cf. IV 237. VIII 514. *nosta* cet. l.  
 Lad. Ribb.      79 *socios* Hoffm. 20. *gremiis] generis* O. Müller Herm.  
 1877, 303.      83 *el]* tu Markl. Stat. S. III 2, 81; Ribb.

obiecit? quae causa fuit consurgere in arma  
Europamque Asiamque et foedera solvere furto?  
me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter  
aut ego tela dedi fovive Cupidine bella?  
tum decuit metuisse tuis, nunc sera querellis  
haud iustis adsurgis et inrita iurgia iactas.

90

Talibus orabat Iuno cunctique fremebant  
caelicolae adsensu vario, ceu flamina prima  
cum deprensa fremunt silvis et caeca volant  
murmura venturos nautis prodentia ventos.  
tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas,  
infit (eo dicente deum domus alta silescit  
et tremefacta solo tellus, silet arduus aether;  
tum Zephyri posuere, premit placida aequora pontus):  
'accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.

100

quandoquidem Ausonios coniungi foedere Teucris  
haud licitum nec vestra capit discordia finem,  
quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,  
Tros Rutulusne fuat, nullo discrimine habebo,  
seu fatis Italum castra obsidione tenentur  
sive errore malo Troiae monitisque sinistris.  
nec Rutulos solvo. sua cuique exorsa laborem  
fortunamque ferent. rex Iuppiter omnibus idem.  
fata viam invenient.' Stygii per flumina fratriss,  
per pice torrentis atraque voragine ripas  
adnuit et totum nutu tremefecit Olympum.  
hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo  
surgit, caelicolae medium quem ad limina ducunt.

105

Interea Rutuli portis circum omnibus instant  
sternere caede viros et moenia cingere flammis.  
at legio Aeneadum vallis obsessa tenetur  
nec spes ulla fugae. miseri stant turribus altis  
neququam et rara muros cinxere corona:  
Asius Imbrasides Hicetaoniusque Thymoetes  
Assaracique duo et senior cum Castore Thymbbris  
prima acies; hos germani Sarpedonis ambo,  
et Clarus et Thaemon, Lycia comitantur ab alta.

115

120

125

94 tunc PRyc 96 Iuno] dictis Py<sup>1</sup> 100 prima] summa l. pr.  
M<sup>1</sup>Ry<sup>2</sup> 102 solo] silet Peerlk. 108 Rutulusve γα<sup>2</sup>β<sup>2</sup>cm 109/12  
damn. Peerlk., 109/10 Ribb. 110 monitisve Py<sup>1</sup>b<sup>1</sup> 111 nec populos  
Nonius 390, 33; Ribb. 124 Thybris l. pr. Ra<sup>1</sup>b<sup>1</sup>X 126 Theron vel  
Chaeron Köstlin Phil. 1881, 179.

fert ingens tot  
haud partem e  
nec Clytie gen  
hi iaculis, illi  
molirique igne  
ipse inter med  
Dardanius cap  
qualis gemma  
aut collo decu  
inclusum buxo  
lucet ebur; fu  
acepsit et moll  
te quoque mag  
volnera diriger  
Maeonia gener  
exercerentque vi  
adit et Mne  
aggere moero  
et Capys: hin

Illi inter  
contulerant:  
namque, ut  
regem adit e  
quidve petat  
quae sibi co  
edocet, hum  
admonet imm  
iungit opes f  
classem cons  
externo comm  
prima tenet  
imminet Ida  
hic magnus s  
eventus bellis  
adfixus lateri  
noctis iter, i

Pandite  
quae manus  
Aenean arm  
138 subn  
rum pi mur  
154 fatis Serv

fert ingens toto conixus corpore saxum,  
 haud partem exiguum montis, Lyrnesius Acmon  
 nec Clytio genitore minor nec fratre Menestheo.  
 hi iaculis, illi certant defendere saxis      130  
 molirique ignem nervoque aptare sagittas.  
 ipse inter medios, Veneris iustissima cura,  
 Dardanius caput, ecce! puer detectus honestum,  
 qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,  
 aut collo decus aut capiti, vel quale per artem      135  
 inclusum buxo aut Oricia terebintho  
 lucet ebur; fusos cervix cui lactea crinis  
 accipit et molli *subnectit* circulus auro.      *subnectens*  
 te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes  
 volnera dirigere et calamos armare veneno,      140  
 Maeonia generose domo, ubi pingua culta  
 exercentque viri Pactolusque irrigat auro.  
 adfuit et Mnestheus, quem pulsi *pristina* Turni  
 aggere moerorum sublimem *gloria* tollit,  
 et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.      145

Illi inter sese duri certamina belli  
 contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.  
 namque, ut ab Euandro castris ingressus Etruscis  
 regem adit et regi memorat nomenque genusque,  
 quidve petat quidve ipse ferat, Mezentius arma      150  
 quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni  
 edocet, humanis quae sit fiducia rebus,  
 admonet immiscetque preces, haud fit mora, Tarchon  
 iungit opes foedusque ferit; tum *libera fati*  
 classem concendit iussis *gens Lydia* divom,      155  
 externo commissa duci. Aeneia puppis  
 prima tenet rostro Phrygios subiuncta leones;  
 imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.  
 hic magnus sedet Aeneas secumque voluntat  
 eventus belli varios, Pallasque sinistro      160  
 adfixus lateri iam quaerit sidera, *opacae*  
*noctis* iter, iam que passus terraque marique.

Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,  
 quae manus interea Tuscis comitetur ab oris  
 Aenean armetque rates pelagoque vehatur.      165

138 *subnectens* libri pr. M; Ribb.      141 *ubi] cui* m      144 *meo-*  
*rum* P<sup>1</sup> *muronum* P<sup>2</sup>R<sup>1</sup>b<sup>1</sup>cm      150 *quidque* 'multi' ap. Serv. pl.  
 154 *fatis* Serv. pr. cod. Flor.      163 *monete* Py<sup>1</sup> (ut VII 641 F<sup>2</sup>γ<sup>2</sup>)

Massicus aerata princeps secat aequora tigri,  
sub quo mille manus iuvenum, qui moenia Clusi  
quiue urbem liquere Cosas; quis tela sagittae  
gorytique leves umeris et letifer arcus.

una torvus Abas; huic totum insignibus armis  
agmen et aurato fulgebat Apolline puppis:  
sexcentos illi dederat Populonia mater  
expertos belli iuvenes, ast Ilva trecentos  
insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.  
tertius ille hominum divomque interpres Asilas,  
cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent  
et linguae volucrum et praesagi fulminis ignes;  
mille rapit densos acie atque horrentibus bastis:  
hos parere iubent Alpheae ab origine Pisae,  
urbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astyr,  
Astyr equo fidens et versicoloribus armis;  
ter centum adiciunt (mens omnibus una sequendi),  
qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis,  
et Pyrgi veteres intempestaeque Graviscae.

Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,  
transierim, Cinyre et paucis comitate Cupavo,  
cuius olorinae surgunt de vertice pinnae  
(crimen amor vestrum) formaeque insigne paternae.  
namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,  
populeas inter frondes umbramque sororum  
dum canit et maestum Musa solatur amorem,  
canentem molli pluma duxisse senectam  
linquentem terras et sidera voce sequentem.  
filius aequalis comitatus classe catervas  
ingentem remis Centaurum promovet: ille  
instat aquae, saxumque undis immane minatur,  
arduis et longa sulcat maria alta carina.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,  
fatidicae Mantus et Tusci filius amnis,

178 *armis*  $\text{Py}^1\text{a}^2\text{c}$  179 *Alpheia*  $\text{M}\gamma^2\pi$  *Alpheae origine* Lachm.  
Lucr. 160, Ribb. 186 *Cinyre*  $b^2$  Mentel. I. *Cinyrae* M *Cinyre*  $a^2\pi$   
*Cinire*  $V\gamma^2b^1c^2$  *Cinera* P *Cinyra* Heyne. *Cumarre* R *Cunare* Serv.  
pl.; cf. Wagn. LV. 52. *Cyne* Tib. Donatus. *vocabulo et deletio Cjenide*  
Jasper ZGW. 1879, 568; *Cycnei* Schröt. 1888, 9; *Cycni* Pöller apud  
Schap., *ignarus* Schap., *sine re* Madv. 40, *cydaris* Hertz. *tacitum*  
(*tacite* Goth. III) *yel camaris* coni. Kl., *Ricina* o Maurer JJ. 1887, 558.  
188 *versum in susp. voc.* Heyn. *crimen, Amor, v. f. i. p.* Sprengel, *Neue*  
*Kritik der klass. röm. Dichter* 139, Ribb. *paternus?* 194 *aequali* M<sup>1</sup>

qui muros ma  
Mantua, dives  
gens illi triple  
ipsa caput pop  
hinc quoque q  
quos patre Be  
Mincius infesta  
it gravis Aules  
verberat adsur  
hunc vehit im  
exterrens freta  
frons hominem  
spumea semife

Tot lecti  
subsidio Troia  
lamque d  
noctivago Pho  
Aeneas (neque  
ipse sedens c  
aque illi me  
occurrit comi  
numen haber  
iussert, inn  
quot prius a  
adgnoscunt  
quarum qua  
pone sequen  
eminet ac la  
tum sic igna  
Aenea? vigil  
nos sumus, I  
nunc pelagi  
praecepit fe  
rupimus invit  
quaerimus. I  
et dedit esse  
at puer Asca  
tela inter me  
iam loca iuss

211 *prista*  
min. 185. 2  
(praeter cod. F)

qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen, 200  
 Mantua, dives avis; sed non genus omnibus unum:  
 gens illi triplex, populi sub gente quaterni,  
 ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires.  
 hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,  
 quos patre Benaco velatus arundine glauca 205  
 Mincius infesta ducebat in aequora pinu.  
 it gravis Aulestes centenaque arbore fluctum  
 verberat adsurgens, spumanter vada marmore verso.  
 hunc vehit immanis Triton et caerulea concha 210  
 exterrens freta, cui laterum tenus hispida nanti  
 frons hominem praefert, in pristim desinit alvus,  
 spumea semifero sub pectore murmurat unda.  
 Tot lecti proceres ter denis navibus ibant  
 subsidio Troiae et campos salis aere secabant.  
 Iamque dies caelo concesserat almaque curru 215  
 noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum:  
 Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)  
 ipse sedens clavumque regit velisque ministrat.  
 atque illi medio in spatio chorus, ecce! suarum  
 occurrit comitum: nymphae, quas alma Cybebe 220  
 numen habere maris nymphasque e navibus esse  
 iusserat, innabant pariter fluctusque secabant,  
 quot prius aeratae steterant ad litora prorae.  
 adgnoscunt longe regem lustrantque choreis.  
 quarum quae fandi doctissima Cymodocea 225  
 pone sequens dextra puppim tenet ipsaque dorso  
 eminet ac laeva tacitis subremigat undis.  
 tum sic ignarum adloquitur: 'vigilasne, deum gens,  
 Aenea? vigila et velis immittit rudentis.  
 nos sumus, Idaeae sacro de vertice pinus, 230  
 nunc pelagi nymphae, classis tua. perfidus ut nos  
 praecipitis ferro Rutulus flammaque premebat,  
 rupimus invitae tua vincula teque per aequor  
 querimus. hanc genetrix faciem miserata refecit  
 et dedit esse deas aevumque agitare sub undis. 235  
 at puer Ascanius muro fossisque tenetur  
 tela inter media atque ardantis Marte Latinos.  
 iam loca iussa tenet forti permixtus Etrusco

211 *pristin Py*      221 *nomen Py<sup>1</sup>*      222 *adnabant* Prob. ars  
 min. 185.      237 *horrentis libri pr. Py<sup>1</sup>—V*      238 *tenant* MV? Serv.  
 (praeter cod. Flor. et Mon.) Ribb.

Arcas eques; medias illis opponere turmas,  
ne castris iungant, certa est sententia Turno.

240

surge age et Aurora socios veniente vocari  
primus in arma iube et clipeum cape, quem dedit ipse  
invictum Ignipotens atque oras ambiit auro.  
crastina lux, mea si non inrita dicta putaris,  
ingentis Rutulæ spectabit caedis acervos.

245

Dixerat et dextra discedens impulit altam  
haud ignara modi puppim: fugit illa per undas  
ocior et iaculo et ventos aequante sagitta;  
inde aliae celerant cursus. stupet inscius ipse  
Tros Anchisiades, animos tamen omne tollit.

250

tum breviter supera aspectans convexa precatur:  
'alma parens Idaea deum, cui Dindyma cordi  
turrigeræque urbes biuigique ad frena leones,  
tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinquæ  
augurium Phrygibusque adsis pede, diva, secundo!'  
tantum effatus. et interea revoluta ruebat  
matura iam luce dies noctemque fugarat:

255

principio sociis edicit, signa sequantur  
atque animos aptent armis pugnaeque parent se.

260

Iamque in conspectu Teucros habet et sua castra.  
stans celsa in puppi clipeum cum deinde sinistra  
extulit ardente, clamorem ad sidera tollunt  
Dardanidae e muris, (spes addita suscitat iras,  
tela manu iaciunt,) quales sub nubibus atris  
Strymoniae dant signa grues atque aethera tranant  
cum sonitu fugiuntque Notos clamore secundo.  
at Rutulo regi ducibusque ea mira videri  
Ausoniis, donec versas ad litora puppis  
respiciunt totumque ad labi classibus aequor.  
ardet apex capiti cristisque a vertice flamma  
funditur et vastos umbo vomit aureus ignis,  
non secus ac liquida si quando nocte cometæ  
sanguinei lugubre rubent aut Sirius ardor,  
ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris,  
nascitur et laevo contristat lumine caelum.

270

Haud tamen audaci Turno fiducia cessit  
litora praecipere et venientis pellere terra.

275

245 *spectabis* MP<sup>γ</sup><sup>1</sup> Longus ap. Serv. pl. 251 *super* M<sup>1</sup>PV<sup>γ</sup><sup>1</sup>  
Ribb. 256 *ruebant* M *rubebat* P<sup>2</sup>γ<sup>1</sup> Ribb. 263 *spes . . . iaciunt*  
264 *damn.* Peerlk. 270/5 'non suo loco inserti' Rbb. Pr. 84.

ultra animos t  
quod votis op  
in manibus M  
quisque suae  
facta, patrum  
dum trepidi,  
audientis Fortu  
haec ait et se  
vel quibus ob

Interea A  
ponitus expo  
languentis pel  
per remos ali  
qua vada non  
sed mare inob  
advertis subt  
'nunc, o lect  
tollite, ferte  
hanc terram s  
frangere nec  
arrepta tellure  
effatus Tarcho  
spumantisque  
donec rostra  
omnes innoc  
namque inflati  
anceps susten  
solvit atque  
fragmina reme  
impedit retr

Nec Tur  
totam aciem i  
signa canunt.

278 (= IX)  
Haberlin Ph.A. 19  
libri pr. Raz; Ri  
vel iste in pare  
Medv. 42. 28  
Geat 54. 28  
290 post atti col  
291 spirant Mb.  
prora R proras  
Pr Probus ap. Se  
307 pedes libri P

*ultra animos tollit dictis atque increpat ultro:  
 quod votis optastis, adest, perfringere dextra —  
 in manibus Mars ipse, viri. nunc coniugis esto  
 quisque suae tectique memor, nunc magna referto  
 facta, patrum laudes. ultro occurramus ad undam,  
 dum trepidi, egressisque labant vestigia prima.  
 audentis Fortuna iuvat.*

280

*haec ait et secum versat, quos ducere contra,  
 vel quibus obssessos possit concredere muros.*

285

*Interea Aeneas socios de puppibus altis  
 pontibus exponit. multi servare recursus  
 languentis pelagi et brevibus se credere saltu,  
 per remos alii: speculatus litora Tarchon,  
 qua vada non spirant nec fracta remurmurat unda,  
 sed mare inoffensum crescenti adlabitur aestu,  
 advertit subito proram sociosque precatur:  
 'nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;  
 tollite, ferte rates; inimicam findite rostris  
 hanc terram sulcumque sibi premat ipsa carina.  
 frangere nec tali puppim statione recuso  
 arrepta tellure semel.' quea talia postquam  
 effatus Tarchon, socii consurgere tonsis  
 spumantisque rates arvis inferre Latinis,  
 donec rostra tenent siccum et sedere carinae  
 omnes innocuae. sed non puppis tua, Tarchon.  
 namque inficta vadis, dorso dum pendet iniquo  
 anceps sustentata diu fluctusque fatigat,  
 solvitur atque viros mediis exponit in undis;  
 fragmina remorum quos et fluitantia transtra  
 impediunt retrahitque pedem simul unda relabens.*

290

*Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer  
 totam aciem in Teucros et contra in litore sistit.  
 signa canunt. primus turmas invasit agrestis*

305

278 (= IX 127) om. MPym 279 *perfringere: dexter . . Mars*  
 Häberlin PhA. 1887, 601; sed cf. Maurer JJ. 1888, 142. 280 *viris*  
 libri pr. R<sup>g</sup>; Ribb. *viros* prop. Kl. 1879, 23, ut verba *in man.* M. *ipse*  
 vel *iste* in parenthesi ponantur. *ipse, viri, nunc . . quisque coniung.*  
 Madv. 42. 281 *referte* P<sup>1</sup>γ<sup>1</sup> Ribb. 282 *f. patrum. audentes ultro*  
 Gent 54. 283 *egressisque* M<sup>1</sup>P<sup>1</sup> *egressique* cet. libri, Serv. pl.  
 290 *post alii* colon pro puncto ponendum doc. Maurer JJ. 1888, 143.  
 291 *spirant* Mb<sup>1</sup>π Serv. G. I 327, *sperat* cet. I. Ribb. 293 *proram* M<sup>2</sup>  
*prora* R *proras* cet. I. 297 *puppis* γ<sup>2</sup>c<sup>2</sup> *puppes* PR 303 *vadi*  
 P<sup>1</sup> Probus ap. Serv. pl.; Lad. Ribb. 304 *fatigans* Kl. ZōG. 1881, 595.  
 307 *pedes* libri pr. M<sup>2</sup>b<sup>2</sup> Menag. I χ

Aeneas, omen pugnae, stravitque Latinos  
occiso Therone, virum qui maximus ultro  
Aenean petit: huic gladio perque aerea suta,  
per tunicam squalentem auro latus haurit apertum. *of S.p.l. ~ Maron*  
inde Lichan ferit exsectum iam matre perempta  
et tibi, Phoebe, sacrum, casus evadere ferri  
quod licuit parvo. nec longe, Cissea durum  
immanemque Gyan sternentis agmina clava  
deiecit Leto; nihil illos Herculis arma  
nec validae iuvere manus genitorque Melampus,  
Alcidae comes, usque gravis dum terra labores  
praebuit. ecce! Pharo, voces dum iactat inertis,  
intorquens iaculum clamanti sistit in ore.

Tu quoque, flaventem prima lanugine malas  
dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon,  
Dardania stratus dextra, securus amorum,  
qui iuvenum tibi semper erant, miserande iaceres,  
ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci  
progenies, septem numero, septenaque tela  
coniunct: partim galea clipeoque resultant  
inrita, deflexit partim stringentia corpus  
alma Venus. fidum Aeneas adfatur Achaten:  
'suggere tela mihi (non ullum dextera frustra  
torserit in Rutulos!), steterunt quae in corpore Gráium  
Iliacis campis.' tum magnam corripit hastam  
et iacit; illa volans clipei transverberat aera  
Maeonis et thoraca simul cum pectore rumpit.  
huic frater subit Alcanor fratremque ruentem  
sustentat dextra; traecto missa lacerto  
protinus hasta fugit servatque cruenta tenorem  
dexteraque ex umero nervis moribunda pependit.  
tum Numitor iaculo fratris de corpore rapto  
Aenean petiit, sed non et figere contra  
est licitum magnique femur perstrinxit Achatae.

Hic Curibus fidens primaevō corpore Clausus  
advenit et rigida Dryopem ferit eminus hasta  
sub mentum graviter pressa pariterque loquentis

317 *quod]* cui R<sup>c</sup><sup>2</sup>; cf. Serv. *quo P<sup>2</sup>γ<sup>1</sup>* inde *quo* (= quorsum) ..  
parvo? Markl. Stat. Silv. I 2, 88; Ribb. 321 *cum M<sup>1</sup>* 323 *clamantis MPyc<sup>1</sup>* 334 *steterint M<sup>1</sup>* *steterant γ<sup>2</sup>c<sup>1</sup>m que M<sup>2</sup>R<sup>γ</sup>bm;*  
cf. Serv. pl. 339 *traiecto] at reiecto coni.* Ribb. Peerlkampi suspi-  
cionem secutus. 345 *Clausus M<sup>2</sup>* *Laurus M<sup>1</sup>* *Lausus cet. l.*

315 *~ Maron* *~* *~*  
320.  
325.  
330.  
335.  
340.  
345.  
355 *hic . . ill*  
362 *quo Haup*  
366 *quis] aqu*  
Peerlk. v. 367  
qu. r. restab  
petamus MPy  
Vergilius.

vocem animam  
fronte ferit ter  
tris quoque Th  
et tris, quos id  
per variis stern  
Auruncaeque n  
insignis Messap  
nunc hi, nunc  
Ausoniae. mag  
proelia ceu tol  
non ipsi inter  
anceps pugna  
haul aliter Tr  
concurrunt, h  
At parte  
impulerat torr  
Arcadas insuel  
ut vidit Pallas  
aspera quis  
susatis equo  
nunc prece,  
quo fugitis,  
per ducis Eu  
spemque me  
fidite ne pe  
est via, qu  
hac vos et I  
numina null  
mortales; tot  
ecce! maris  
deest iam te  
haec ait et i  
Obvius

fit Lagus; h  
intorto figit  
per medium

349 *feri*  
355 *hic . . ill*  
362 *quo Haup*  
366 *quis] aqu*  
Peerlk. v. 367  
qu. r. restab  
petamus MPy  
Vergilius.

vocem animamque rapit traecto gutture, at ille  
fronte ferit terram et crassum vomit ore cruentum.

tris quoque Threiclos Boreae de gente supra 350  
et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit,

per varios sternit casus. accurrit Halaesus  
Auruncaeque manus, subit et Neptunia proles,

insignis Messapus equis. expellere tendunt  
nunc hi, nunc illi; certatur limine in ipso 355

Ausoniae. magno discordes aethere venti

proelia ceu tollunt animis et viribus aequis;  
non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit;

anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra:  
haud aliter Troianae acies aciesque Latinae

concurrunt, haeret pede pes densusque viro vir. 360

At parte ex alia, qua saxa rotantia late  
impulerat torrens arbustaque diruta ripis,

Arcadas insuetos acies inferre pedestris  
ut vidi Pallas Latio dare terga sequaci,

aspera quis natura loci dimittere quando

suasit equos, unum quod rebus restat egenis,  
nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:

quo fugitis, socii? per vos et fortia facta,  
per ducis Euandri nomen devictaque bella

spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi,  
fidite ne pedibus! ferro rumpenda per hostis

est via. qua globus ille virum densissimus urget,  
hac vos et Pallanta ducem patria alta reposcit.

numina nulla premunt, mortali urgemur ab hoste  
mortales; totidem nobis animaeque manusque.

ecce! maris magna claudit nos obice pontus,  
deest iam terra fugae: pelagus Troiamne petemus?

haec ait et mediis densos prorumpit in hostis.

Obvius huic primum fatis adductus iniquis  
fit Lagus; hunc, magno vellit dum pondere saxum,

intorto figit telo, discrimina costis  
per medium qua spina dabat, hastamque receptat

349 ferit] premit Py<sup>1</sup> 350 tres Py<sup>1</sup>b Gell. XIII 21, 10. Ribb.  
355 hic . . illie Kl. 1879, 24. 356 Ausonio My 358 cedunt M<sup>1</sup>  
362 quo Haupt. 365 ante 364 coll. Kl. 1883, 25; ante 368 Peerlk.  
366 quis] aquis Madv. 42. quos Py<sup>1</sup> equos Peerlk. quando] suasit  
Peerlk. v. 367 damn. 366/7 (asp. equos n. l. d. qu. suaserat) unum  
qu. r. restabat eg. Kl. 369 et] ego Peerlk. 378 dest P<sup>1</sup> Ribb.  
petamus M<sup>2</sup>Ry<sup>1</sup> 381 vellit magno l. pr. M 383 dedit Ry<sup>2</sup>b<sup>2</sup>cm<sup>2</sup>

ossibus haerentem. quem non superoccupat Hisbo,  
ille quidem hoc sperans; nam Pallas ante ruentem,  
dum furit, incautum crudeli morte sodalis  
excipit atque ensem tumido in pulmone recondit.  
hinc Sthenium petit et Rhoeti de gente vetusta  
Anchemolum thalamos ausum incestare novercae.  
vos etiam, gemini, Rutulis cecidistis in arvis,  
Daucia, Laride Thymberque, simillima proles,  
indiscreta suis gratusque parentibus error;  
at nunc dura dedit vobis discrimina Pallas.  
nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis;  
te decisa suum, Laride, dextera quaerit  
semanimesque micant digiti ferrumque retractant.  
Arcadas accensos monitu et praeclara tuentis  
facta viri mixtus dolor et pudor armat in hostis.

Tum Pallas biugis fugientem Rhoetea praeter  
traicit, hoc spatum tantumque morae fuit Ilo;  
Ilo namque procul validam direxerat hastam,  
quam medius Rhoeteus intercipit, optime Teuthra,  
te fugiens fratremque Tyren; curruque volutus  
caedit semianimis Rutulorum calcibus arva.  
ac velut optato ventis aestate coortis  
disparsa immittit silvis incendia pastor,  
correptis subito mediis extenditur una  
horrida per latos acies Volcania campos;  
ille sedens victor flamas despectat ovantis:  
non aliter socium virtus coit omnis in unum  
teque iuvat, Palla. sed bellis acer Halaesus  
tendit in adversos seque in sua colligit arma.  
hic mactat Ladona Pheretaque Demodocumque,  
Strymonio dextram fulgenti deripit ense  
elatam in iugulum, saxo ferit ora Thoantis  
ossaque dispersit cerebro permixta cruento.  
fata cavens silvis genitor celarat Halaesum;  
ut senior leto canentia lumina solvit,  
iniecere manum Parcae telisque sacrarunt  
Euandri. quem sic Pallas petit ante precatus:  
da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro,

386 d. f. incautus cr. m. s., exc. Bentl. 390 agris Py<sup>t</sup> Ribb.  
394/5 post 404 coll. Kl. 1872, 17. 401 drex. M<sup>t</sup>R Ribb. 417  
cavens Hamb. I, 'nonnulli' Pier.; cf. Serv. canens cet. libri, nisi quod  
P<sup>t</sup>y<sup>t</sup> habent canent

fortunam atq  
haec arma e  
audiit illa de  
Arcadio infel  
At non  
pars ingens l  
oppositum in  
sternitur Arc  
et vos, o Gra  
agmina concu  
extremi adder  
tela manusqu  
hinc contra l  
egregii forma  
in patriam re  
haud tamen i  
mox illos su

Interea  
Turnum, qui  
ut vidit soci  
solus ego in  
debetur; cup  
haec ait et s  
at Rutulum  
miratus stup  
lumina volvi  
talibus et di  
aut spoliis e  
aut leto insig  
tolle minas.  
frigidus Arcad  
desiluit Turn  
communis; u  
stare procul  
advolat, haud  
Hunc ub  
ire prior Pall  
viribus impari  
per patris ho

432 adder  
441 pugna Re  
458 adiuvet, au

fortunam atque viam duri per pectus Halaesi!  
haec arma exuviasque viri tua quercus habebit.<sup>3</sup>  
audiit illa deus; dum texit Imaona Halaesus,  
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

425

At non caede viri tanta perterrita Lausus,  
pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem  
oppositum interimit, pugnae nodumque moramque.  
sternitur Arcadiae proles, sternuntur Etrusci  
et vos, o Grais imperdita corpora, Teucri.<sup>430</sup>  
agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis.  
extremi addensant acies nec turba moveri  
tela manusque sinit. hinc Pallas instat et urget,  
hinc contra Lausus (nec multum discrepat aetas)  
egregii forma, sed quis Fortuna negarat  
in patriam redditus. ipsos concurrere passus  
haud tamen inter se magni regnator Olympi;  
mox illos sua fata manent maiore sub hoste.

435

Interea soror alma monet succedere Lauso  
Turnum, qui volueri cursu medium secat agmen.<sup>440</sup>  
ut vidi socios: 'tempus desistere pugnae;  
solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas  
debetur; cuperem, ipse parens spectator adesset.'  
haec ait et socii cesserunt aequore iusso.  
at Rutulum abscessu iuvenis tum*iussa* superba  
miratus stupet in Turno corpusque per ingens  
lumina volvit obitque truci procul omnia visu  
talibus et dictis it contra dicta tyranni:  
'aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis  
aut leto insigni; sorti pater aequus utrius est.<sup>450</sup>  
tolle minas.' fatus medium procedit in aequor;  
frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.  
desiluit Turnus biugis, pedes apparat ire  
comminus; utque leo, specula cum vidit ab alta  
stare procul campis meditantem in proelia taurum,<sup>455</sup>  
advolat, haud alia est Turni venientis imago.

445

Hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,  
ire prior Pallas, si qua fors adiuvet ausum  
viribus imparibus, magnumque ita ad aethera fatur:  
'per patris hospitium et mensas, quas advena adisti,<sup>460</sup>

432 addensent P<sup>1</sup>χ Serv. (pr. cod. Hamb. et Flor.), Lad. Ribb.  
441 pugna Rc 446 miratur Ry'c Serv. XI 15. 455 in om. Pybc  
458 adiuvet, ausus Madv. 43.

te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis.  
 cernat semineci sibi me rapere arma cruenta  
 victoremque ferant morientia lumina Turni.  
 audiuit Alcides iuvenem magnumque sub imo  
corde premit gemitum lacrimasque effundit inanis. . . . . 465  
 tum genitor natum dictis adfatur amicis:  
 'stat sua cuique dies, breve et inreparabile tempus  
 omnibus est vitae; sed famam extendere factis,  
 hoc virtutis opus. Troiae sub moenibus altis  
 tot gnati cecidere deum, quin occidit una 470  
 Sarpedon, mea progenies. etiam sua Turnum  
 fata vocant metasque dati pervenit ad aevi.'  
 sic ait atque oculos Rutulorum reicit arvis.

At Pallas magnis emittit viribus hastam  
 vaginaque cava fulgentem diripit ensem. 475  
 illa volans, umeri surgunt qua tegmina summa,  
 incidunt atque viam clipei molita per oras  
 tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.  
 hic Turnus ferro praefixum robur acuto  
 in Pallanta diu librans iacit atque ita fatur:  
 'aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.' 480  
 dixerat, at clipeum, tot ferri terga, tot aeris,  
 quem pellis totiens obeat circumdata tauri,  
 vibranti cuspis medium transverberat ictu  
 loricaeque moras et pectus perforat ingens.  
 ille rapit calidum frustra de volnere telum:  
 una eademque via sanguis animusque sequuntur.  
 corruit in volnus (sonitum super arma dedere)  
 et terram hostilem moriens petit ore cruento.  
 quem Turnus super adsistens: 485 . . . . .  
 'Arcades, haec' inquit 'memores mea dicta referte  
 Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.  
 quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,  
 largior. haud illi stabunt Aeneia parvo  
 hospitia.' et laevo pressit pede talia fatus 490  
 examinem rapiens immania pondera baltei  
 impressumque nefas: una sub nocte iugali  
 caesa manus iuvenum foede thalamique cruenti,

475 secl. Rbb. *deripit* R Ribb. 477 *est molita* M 478 *tinxit*  
 se Madv. 43. 483 *quom 'nonnulli'* Pier. *cum Rbcx* Serv. pl.  
 485 ante *ingens* dist. M; cf. Serv. 486 *pectore Rh<sup>1</sup>* *corpore γ<sup>1</sup>*  
 Ribb. 490 *sic ore profatur* explet v. R

quae Clonus Eu  
 quo nunc Turn  
 Nescia men  
 et servare modu  
 Turno tempus e  
 intactum Pallant  
 oderit. at soci  
 impositum scuto  
 o dolor atque de  
 haec te prima di  
 cum tamen inge  
 Nec iam fa  
 alvolat Aeneas: e  
 esse suos, temp  
 proxima quaque  
 ardenti limitem a  
 caede nova qua  
 omnia sunt occi  
 tunc adiit, den  
 quatuor hic in  
 viventis rapit, in  
 captivo rogi

Inde Mago  
 ille astu subit,  
 et genua ample  
 per patrios ma  
 te precor, hanc  
 est domus alta,  
 caelati argenti,  
 infectaque mihi.  
 vertitur aut anim  
 dixerat. Aeneas  
 argenti atque au  
 gnatis parce tuis  
 sustulit ista prior  
 hoc patris Anchial  
 sic fatus galeam  
 service orantis c

507/9 sociis  
 521 infestam Ph  
 = VI 364) γ<sup>1</sup>  
 perempto dama. P

- quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro;  
quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus. 500
- Nescia mens hominum fati sortisque futurae  
et servare modum rebus sublata secundis!
- Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum  
intactum Pallanta et cum spolia ista diemque  
oderit. at socii multo gemitu lacrimisque 505  
impositum scuto referunt Pallanta frequentes.  
o dolor atque decus magnum redditure parenti!  
haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert,  
cum tamen ingentis Rutulorum linquis acervos.
- Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor 510  
advolat Aeneae: tenui discrimine leti  
esse suos, tempus versis succurrere Teucris.  
proxima quaeque metit gladio latumque per agmen  
ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbum  
caede nova quaerens. Pallas, Euander, in ipsis 515  
omnia sunt oculis, mensae, quas advena primas  
tunc adiit, dextraeque datae. Sulmone creatos  
quattuor hic iuvenes, totidem, quos educat Ufens,  
viventis rapit, inferias quos immolet umbris  
captivoque rogi perfundat sanguine flamas. 520
- Inde Mago procul infensam contenderat hastam.  
ille astu subit, at tremibunda supervolat hasta,  
et genua amplectens effatur talia supplex:  
'per patrios manis et spes surgentis Iuli  
te precor, hanc animam serves gnatoque patrique. 525  
est domus alta, iacent penitus defossa talenta  
caelati argenti, sunt auri pondera facti  
infectique mihi. non hic victoria Teucrum  
vertitur aut anima una dabit discrimina tanta.'  
dixerat. Aeneas contra cui talia reddit: 530  
'argenti atque auri memoras quae multa talenta,  
gnatis parce tuis. belli commercia Turnus  
sustulit ista prior iam tum Pallante perempto.  
hoc patris Anchisae manes, hoc sentit Iulus.'  
sic fatus galeam laeva tenet atque reflexa 535  
cervice orantis capulo tenuis applicatensem.

507/9 sociis trib. 'alii' ap. Serv. 512 *versis tempus* Py Ribb.  
521 *infestam* PR<sup>y1</sup> 522 *at*] ac M<sup>3</sup>y<sup>2</sup>b Ribb. en M<sup>1</sup> 524 *et*] per  
(= VI 364) y<sup>2</sup>x 526 *deposta* Kl. 1879, 25. 533 illa M iam ..  
perempto damn. Peerlk. 536 *oranti* P<sup>1</sup>b Ribb.

nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque sacerdos,  
insula cui sacra redimibat tempora vitta,  
totus conlucens veste atque insignibus albis.

quem congressus agit campo lapsumque superstans      540  
immolat ingentique umbra tegit, arma Serestus  
lecta refert umeris, tibi, rex Grادive, tropaeum.

Instartant acies Volcani stirpe creatus  
Caeculus et veniens Marsorum montibus Umbro.  
Dardanides contra fuit. Anxuris ense sinistram      545  
et totum clipei ferro deiecerat orbem  
(dixerat ille aliquid magnum vimque adfore verbo  
crediderat caeloque animum fortasse ferebat  
canitiemque sibi et longos promiserat annos):  
Tarquitus exultans contra fulgentibus armis,      550  
silvicola Fauno Dryope quem nympha crearat,  
obvius ardentis sese obtulit. ille reducta  
loricam clipeique ingens onus impedit hasta;  
tum caput orantis nequ quam et multa parantis  
dicere deturbat terrae truncumque tepentem      555  
provolvens super haec inimico pectore fatur:  
'istic nunc, metuende, iace! non te optima mater  
condet humi patrioque onerabit membra sepulcro:  
alitibus linquere feris aut gurgite mersum  
unda feret piscesque impasti volnera lambent.'

*cf. solv. Verg.*

Protinus Antaeum et Lucam, prima agmina Turni,  
persegitur fortemque Numam fulvumque Camertem,  
magnanimo Volcente satum, ditissimus agri  
qui fuit Ausonidum et tacitis regnavit Amyclis.

Aegaeon qualis, centum cui bracchia dicunt      565  
centenasque manus, quinquaginta oribus ignem  
pectoribusque arsisse, Iovis cum fulmina contra  
tot paribus streperet clipeis, tot stringeret enses,  
sic toto Aeneas desaevit in aequore victor,  
ut semel intepuit mucro. quin ecce Niphaei      570  
quadriugis in equos adversaque pectora tendit.  
atque illi longe gradientem et dira frementem  
ut videre, metu versi retroque ruentes

539 *albis* Probus ap. Serv. a . . . s P<sup>1</sup> *armis* P<sup>2</sup> ut cet. libri.  
543 *instaurat* M<sup>1</sup>      545 *ecce* M. Axt.      546 *tortum* Wgn.      547 *ferro*  
*terrae* Kl. 1869, 12 et Jasper ZGW. 1879, 564.      557 *isti* c<sup>1</sup> Rabb.  
558 *humo* M<sup>2</sup>      559 *ferisque* post C. F. Heinrich  
coni. Linker ap. GÜTHL. 1886, 12.      564 *Latiis* Kl. 1879, 26.

effunduntque  
Interea h  
in medios fr  
flectit equos,  
baud tulit Ae  
inruit adversa  
cui Liger:  
'non Diomed  
aut Phrygiae  
his dabitus te  
dicta volant I  
dicta parat co  
Lucagus ut p  
admonuit biu  
aptat se pug  
fulgentis clipe  
excussus cur  
quem pius A  
'Lucage, nul  
prodidit aut  
ipse rotis sal  
arrupit biu  
infelix palma  
'per te, per  
vir Troiane  
pluribus ora  
dicta dabus.  
tum, latebra  
Talia pe  
Dardanius to  
more lures:  
Ascanius pue  
Iunonen  
'o germana n  
ut rebare, V  
Troianas sust  
dextra viris a  
cui Iuno sub  
sollicitas aeg  
575 *bigris*  
hostes P<sup>2</sup>yc ha  
601 *peefus* per

effunduntque ducem rapiuntque ad litora currus.

Interea biiugis infert se Lucagus albis  
in medios fraterque Liger; sed frater habenit  
flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.  
haud tulit Aeneas tanto fervore furentis;  
inruit adversaque ingens apparuit hasta.

cui Liger:

'non Diomedis equos nec currum cernis Achilli  
aut Phrygiae campos; nunc belli finis et aevi  
his dabitur terris.' *vesano talia late*

*dicta volant Ligeri. sed non et Troius heros*  
*dicta parat contra; iaculum nam torquet in hostem.*  
Lucagus ut prouus pendens in verbera telo *V, 147*  
admonuit biiugos, projecto dum pede laevo  
aptat se pugnae, subit oras hasta per imas  
fulgentis clipei, tum laevum perforat inguen;  
excussus curru moribundus volvitur arvis.

quem pius Aeneas dictis adfatur amaris:

'Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum  
prodidit aut vanae vertere ex hostibus umbrae;  
ipse rotis saliens iuga deseris.' haec ita fatus  
arripuit biiugos. frater tendebat inertis  
infelix palmas curru delapsus eodem:

'per te, per qui te talem genuere parentes,  
vir Troiane, sine hanc animam et miserere precantis'  
pluribus oranti Aeneas: 'haud talia dudum  
dicta dabas. morere et fratrem ne desere frater.'

tum, latebras animae, pectus mucrone recludit.

Talia per campos edebat funera *ductor*

*Dardanius* torrentis aquae vel *turbinis atris*  
more furens: tandem erumpunt et castra relinquunt  
Ascanius puer et nequ quam obsessa iuventus.

Iunonem interea compellat Iuppiter ulro:

'o germana mihi atque eadem gratissima coniunx,  
ut rebare, Venus (nec te sententia fallit)  
Troianas sustentat opes, non vivida bello  
dextra viris animusque ferox patiensque pericli.'  
cui Iuno submissa: 'quid, o pulcherrime coniunx,  
sollicitas aegram et tua tristia iussa timentem?

575 *bigis Py<sup>1</sup>* 585 *contra . . . hostem suspecta Wagnero.*  
*hostes P<sup>2</sup>y<sup>c</sup>* *hostis P<sup>1</sup>R<sup>π<sup>1</sup></sup>* 588 *aptet Py<sup>1</sup>* Ribb. 595 *inermis P<sup>1</sup>y<sup>2</sup>*  
601 *pectus] penitus* J. Fr. Jacob Lucil. Aetn. 139. 612 *dicta l. pr. M*

si mihi, quae quondam fuerat quamque esse decebat,  
vis in amore foret, non hoc mihi namque negares  
omnipotens, quin et pugnae subducere Turnum  
et Dauno possem incolumem servare parenti.  
nunc pereat Teucrisque pio det sanguine poenas.

615

ille tamen nostra deducit origine nomen  
Pilumnusque illi quartus pater, et tua larga  
saepe manu multisque oneravit limina donis.

620

cui rex aetherii breviter sic fatus Olympi:  
‘si mora praesentis leti tempusque caduco  
oratur iuveni meque hoc ita ponere sentis,  
tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis.

625

hactenus induluisse vacat. sin altior istis  
sub precibus venia ulla latet totumque moveri  
mutarive putas bellum, spes pascis inanis.’  
et Iuno adlacrimans: ‘quid, si, quae voce gravaris,  
mente dares atque haec Turno rata vita maneret?  
nunc manet insontem gravis exitus, aut ego veri

630

vana feror. quod ut o potius formidine falsa  
ludar et in melius tua, qui potes, orsa reflectas?’

Haec ubi dicta dedit, caelo se protinus alto  
misit agens hiemem nimbo succincta per auras  
Iliacamque aciem et Laurentia castra petivit.

635

tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram  
in faciem Aeneae (visu mirabile monstrum)

Dardaniis ornat telis clipeumque iubasque  
divini adsimulat capitum, dat inania verba,  
dat sine mente sonum gressusque effingit euntis,  
morte obita qualis fama est volitare figuris

640

aut quae sopitos deludunt somnia sensus.  
at primas laeta ante acies exsultat imago

inritatque virum telis et voce lacescit.

instat cui Turnus stridentemque eminus hastam  
conicit, illa dato vertit vestigia tergo.

645

tum vero Aenean aversum ut cedere Turnus  
credidit atque animo spem turbidus hausit inanem:  
‘quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos!

hac dabitur dextra tellus quae sita per undas.’

650

talia vociferans sequitur strictumque coruscat

620 *ornavit* Schrad. Em. 151. 621 *fatus* M<sup>2</sup>Ry<sup>2</sup>a<sup>2</sup>b<sup>2</sup> Lad.  
636 *dea* de Kern Pr. Schweinfurt 1881, 39. 640 *gressumque* M

mucronem ne  
Forte ra  
expositis stab  
qua rex Clusi  
huc sese trep  
conicit in late  
exsuperatque  
vix proram a  
avolsamque ra  
tum levis ha  
sed sublime v  
illum autem a  
obvia multa v  
cum Turnum

Respicit  
et duplicit cu

‘omnipotens cu  
duxisti et tal

quo feror? u

Laurentisne i  
quid manus i  
quosne (nefa

et nunc pal  
accipio? qu

terra milii?

in rupes, in

ferte ratem s

quo neque m

haec memor

an sese mucr

induat et crue

fluctibus an i

curva petat T

ter conatus u

continuit iuver

labitur alta se

et patris antiqu

661 ille PR  
transpos. Brunck;

M! 673 quoniam  
et l. 674 patru

def. Schröt. 1888,

mucronem nec ferre videt sua gaudia ventos.

Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi  
expositis stabat scalis et ponte parato,  
qua rex Clusinis advectus Osinius oris. 655  
huc sese trepida Aeneae fugientis imago  
conicit in latebras, nec Turnus segnior instat  
exsuperatque moras et pontis transilis altos.  
vix proram attigerat, rumpit Saturnia funem  
avolsamque rapit revoluta per aequora navem. 660  
tum levis haud ultra latebras iam quaerit imago, 663  
sed sublime volans nubi se immiscuit atrae. 664  
illum autem Aeneas absentem in proelia poscit,  
obvia multa virum demittit corpora morti, 661  
cum Turnum medio interea fert aequore turbo. 662  
665

Respicit ignarus rerum ingratusque salutis  
et duplicitis cum voce manus ad sidera tendit:  
'omnipotens genitor, tantum me crimine dignum  
duxisti et talis voluisti expendere poenas?  
quo feror? unde abii? quae me fuga quemve reducit? 670  
Laurentisne iterum muros aut castra videbo?  
quid manus illa virum, qui me meaque arma secuti?  
quosne (nefas) omnis infanda in morte reliqui  
et nunc palantis video gemitumque cadentum  
accipio? quid ago? aut quae iam satis ima dehiscat 675 *XII, 835.*  
terra mihi? vos o potius miserescite, venti;  
in rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)  
ferte ratem saevisque vadis immittite syrtis,  
quo neque me Rutuli nec conscientia fama sequatur!  
haec memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc, *XII, 850.*  
an sese mucrone ob tantum dedecus amens  
induat et crudum per costas exigatensem,  
fluctibus an iaciat mediis et litora nando  
curva petat Teucrumque iterum se reddat in arma.  
ter conatus utramque viam, ter maxima Iuno 685  
continuit iuvenemque animi miserata repressit.  
labitur alta secans fluctuque aestuque secundo  
et patris antiquam Dauni desertur ad urbem.

661 *ille PRy Aenean P'R; cf. Urbanus ap. Serv.* 661/2  
transpos. Brunck; sic cod. Par. 2 et 3. 668 *tanto Pyx<sup>2</sup>* 670 *quove*  
*M<sup>1</sup>* 673 *quosne* b Leidens. Asper ap. Serv. pl. *quosque M<sup>1</sup>R quosve*  
*cet. l.* 674 *pallentes M<sup>1</sup>* 675 *aut] et M<sup>1</sup>* 681 *mucroni P'R;*  
*def. Schröt.* 1888, 10.

At Iovis interea monitis Mezentius ardens  
succedit pugnae Teucrosque invadit ovantis. 690  
concurrunt Tyrrhenae acies atque omnibus uni,  
uni odiisque viro telisque frequentibus instant:  
ille velut rupes, vastum quae prodit in aequor,  
obvia ventorum furiis expostaque ponto, 695  
vim cunctam atque minas perfert caelique marisque,  
ipsa immota manens — prolem Dolichaonis Hebrum  
sternit humi, cum quo Latagum Palmumque fugacem,  
sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis  
occupat os faciemque adversam, poplite Palmum  
succiso volvi segnem sinit armaque Lauso 700  
donat habere umeris et vertice figere cristas.  
nec non Euanthen Phrygium Paridisque Mimanta  
aequalem comitemque, una quem nocte Theano  
in lucem genitori Amyco dedit et face praegnans  
Cisseis regina Parin; Paris urbe paterna 705  
occubat, ignarum Laurens habet ora Mimanta.  
ac velut ille canum morsu de montibus altis  
actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos  
defendit multosque palus Laurentia, silva  
pastus arundinea, postquam inter retia ventum est, 710  
substituit infremuitque ferox et inhorruit armos,  
nec cuiquam irasci propiusve accedere virtus,  
sed iaculis tutisque procul clamoribus instant —  
haud aliter, iustae quibus est Mezentius irae,  
non ulli est animus stricto concurrere ferro, 715  
missilibus longe et vasto clamore lassent;  
ille autem impavidus partis cunctatur in omnis  
dentibus infrendens et tergo decutit hastas.

Venerat antiquis Corythi de finibus Acron,  
Graius homo, infectos linquens profugus hymenaeos. 720  
hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,  
purpureum pinnis et pactae coniugis ostro,  
impastus stabula alta leo ceu saepe peragrans  
(suadet enim vesana fames), si forte fugacem  
conspexit capream aut surgentem in cornua cervum, 725

696 manent M<sup>1</sup> manet M<sup>2</sup>a<sup>1</sup>π 704 genitore Bentl. Hor. Ep.  
5, 28. 705 Parim b<sup>2</sup>z Lad. Paris Bentl. ib. creat libri crepat M<sup>1</sup>  
709 multosve P Ribb. silqua Jasper ZGW. 1879, 572. 710 pascil  
vel pavit Bentl. 712 propriusque Py Ribb. Lad. 717/18 transp.  
post 713 Scal. (praef. Manil.) Ribb. Lad., sed cf. Weidn. 458.

gaudet hians  
visceribus sup  
ora cruar,  
sic ruit in de  
sternitur infe  
tundit humu  
atque idem f  
sternere nec  
obvius advers  
contulit, haue  
tum super ab  
pars belli ha  
conclamant s  
ille autem ex  
victor, nec l  
prospectant I  
ad quae sub  
nunc morere  
viderit.<sup>3</sup> hoc  
oli dura qui  
sonnus, in  
Caedicu  
Parthenium  
Messapus C  
illum infren  
hunc pedite  
quem tamen  
deicit; at Th  
insignis iacu  
Iam gra  
funera, caed  
victores victio  
di Iovis in te  
amborum et  
hinc Venus,  
pallida Tisiph  
at vero inger  
turbidus ingr  
738 laetu  
742 ad quae z  
quem Rh  
754 insidiz l.

gaudet hians immane comasque arrexit et haeret  
 visceribus super incumbens, lavit improba taeter  
ora crux,  
 sic ruit in densos alacer Mezentius hostis.  
 sternitur infelix Acron et calcibus atram 730  
 tundit humum exspirans infractaque tela cruentat.  
 atque idem fugientem haud est dignatus Oroden  
 sternere nec iacta caecum dare cuspide volnus:  
 obvius adversoque occurrit seque viro vir  
 contulit, haud furto melior, sed fortibus armis. 735  
 tum super abiectum posito pede nixus et hasta:  
 'pars belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodes.'  
 conclamant socii laetum paeana secuti.  
 ille autem exspirans: 'non me, quicumque es, inulto,  
 vix, nec longum laetabere: te quoque fata 740  
 prospectant paria, atque eadem mox arva tenebis.'  
 ad quae subridens mixta Mezentius ira:  
 'nunc morere. ast de me divom pater atque hominum rex  
 viderit.' hoc dicens eduxit corpore telum;  
 olli dura quies oculos et ferreus urget 745  
 somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.  
 Caedicus Alcathoum obrunca, Sacrator Hydaspen,  
 Partheniumque Rapo et praedurum viribus Orsen,  
 Messapus Croniumque Lycaoniumque Ericeten,  
 illum infrenis equi lapsu tellure iacentem, 750  
 hunc peditem. pedes et Lycius processerat Agis,  
 quem tamen haud expers Valerus virtutis avitae  
 deicit; at Thronium Salius Saliumque Nealces  
 insignis iaculo et longe fallente sagitta.  
 Iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors 755  
 funera, caedebant pariter pariterque ruebant  
 victores victique, neque his fuga nota neque illis.  
 di Iovis in tectis iram miserantur inanem  
 amborum et tantos mortalibus esse labores;  
 hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno. 760  
 pallida Tisiphone media inter milia saevit.  
 at vero ingentem quatiens Mezentius hastam  
 turbidus ingreditur campo. quam magnus Orion,

738 *laetum* (= *laete*) *paeane* Heins. *laeto paeane* Peerlk.742 *ad quae*  $\chi$  *atquae*  $Vy$  *atquaec*  $P^1$  *atque*<sup>m</sup>  $Ma$  *atquem*  $c$  *ad*  
*quem*  $Rb$  751 *post pedes* dist. Lad.; mut. Peerlk. auct. Ribb.754 *insidiis* l. pr.  $M^1a^2\pi$ ; Ribb. 763 *campum*  $M$

cum pedes incedit medii per maxima Nerei  
stagna viam scindens, umero supereminet undas  
aut summis referens annosam montibus ornum  
ingrediturque solo et caput inter nubila condit,  
talis se vastis infert Mezentius armis.

765

Huic contra Aeneas speculator in agmine longo  
obvius ire parat. manet imperterritus ille  
hostem magnanimum opperiens et mole sua stat  
atque oculis spatium emensus, quantum satis hastae:  
'dextra mihi deus et telum, quod missile libro,  
nunc adsint! vovo praedonis corpore raptis  
indutum spoliis ipsum te, Lause, tropaeum  
Aeneae' dixit stridentemque eminus hastam  
iecit. at illa volans clipeo est excussa proculque  
egregium Antoren latus inter et ilia figit,  
Herculis Antoren comitem, qui missus ab Argis  
haeserat Euandro atque Itala conseruat urbe.  
sternitur infelix alieno volnere caelumque  
aspicit et dulcis moriens reminiscitur Argos.  
tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem  
aere cavum triplici, per linea terga tribusque  
transit intextum tauris opus imaque sedit  
inguine, sed viris haud pertulit. ocios ensem  
Aeneas viso Tyrrheni sanguine laetus  
eripit a femine et trepidanti servidus instat.  
ingemuit cari graviter genitoris amore,  
ut vidit, Lausus lacrimaeque per ora volutae.

775

780

785

790

Hic mortis durae casum tuaque optima facta,  
si qua fidem tanto est operi latura vetustas,  
non equidem nec te, iuvenis memorande, silebo.

Ille pedem referens et inutilis inque ligatus  
cedebat clipeoque inimicum hostile trahebat:  
17741. proripuit iuvenis seseque immiscut armis K.  
iamque adsurgentis dextra plagamque ferentis  
Aeneae subiit mucronem ipsumque morando  
sustinuit; socii magno clamore sequuntur,  
dum genitor nati parma protectus abiret,

795

800

769 huc P<sup>1</sup> hunc MP<sup>2a</sup><sup>2</sup> longe m, def. Madv. 44. long. R<sup>1</sup>  
773 d. mihi et deus Peerlk. dexter mi deus Häberlin PhA. 1887, 601.  
777 initit γ at om. M<sup>1</sup>γα<sup>1</sup> 785 transit M<sup>1</sup> transit cet. libri;  
cf. II 497. transilit coni. Rbb. Pr. 367; cf. 817. 791 optimae M<sup>1</sup>  
optime M<sup>2</sup>Rb<sup>1</sup>; cf. Serv. 796 prorupit PR Rbb.

telaque conicium  
missilibus. fur  
ac velut effusa  
praecipitant, o  
omnis et agrice  
aut amnis ripis  
dum pluit in t  
exercere diem  
Aeneas nubem  
sustinet et La  
quo moriture  
fallit te incau  
exultat deme  
Dardano surg  
Parcae fila le  
per medium a  
transit et par  
et tunicam, r  
implerique s  
concessit ma  
At vero  
ora modis A  
ingemuit mis  
et mentem  
'quid tibi n  
quid pius A  
arma, quibus  
manibus et e  
hoc tamen i  
Aeneae magn  
cunctantis so  
sanguine tur  
Interea  
volnera siccata  
arboris adclini  
debet gale

804/5 ver  
Floriac. Serv. P  
P. fallete γ  
translit MP<sup>1</sup>γα<sup>1</sup>  
γ<sup>1</sup>δ<sup>2</sup>π 824  
latu's Rbb.

telaque coniunct proturbantque eminus hostem  
 missilibus. furit Aeneas tectusque tenet se.  
 ac velut effusa si quando grandine nimbi  
 praecipitant, omnis campis diffugit arator,  
 omnis et agricola et tuta latet arce viator 805  
 aut amnis ripis aut alti fornice saxi,  
 dum pluit in terris, ut possint sole reducto  
 exercere diem, sic obrutus undique telis  
 Aeneas nubem belli, dum detonet omnis,  
 sustinet et Lausum increpitat Lausoque minatur:  
 'quo moriture ruis maioraque viribus audes?  
 fallit te incautum pietas tua.' nec minus ille  
 exultat demens, saevae iamque altius irae  
 Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso  
 Parcae fila legunt; validum namque exigit ensem 815  
 per medium Aeneas iuvenem totumque recondit.  
 transit et parvam muero, levia arma minacis,  
 et tunicam, molli mater quam neverat auro,  
 implevitque sinum sanguis; tum vita per auras  
 concessit maesta ad manis corpusque reliquit. 820

At vero ut voltum vedit morientis et ora,  
 ora modis Anchisiades pallentia miris,  
 ingemuit miserans graviter dextramque tetendit  
 et mentem patriae subiit pietatis imago.  
 'quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis, 825  
 quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?  
 arma, quibus laetus, habe tua; teque parentum  
manibus et cineri, si qua est ea cura, remitto.  
 hoc tamen infelix miseram solabere mortem:  
 Aeneae magni dextra cadis.' increpat ultro 830  
 cunctantis socios et terra sublevat ipsum  
 sanguine turpantem comptos de more capillos.

Interea genitor Tiberini ad fluminis undam  
 vulnera siccabat lymphis corpusque levabat  
 arboris adclinis trunco. procul aerea ramis 835  
 dependet galea et prato gravia arma quiescunt.

804/5 verba campis... agricola et secl. Rbb. 805 arce Moret. I<sub>Z</sub>  
 Floriac. Serv. in lemmate. arte cet. libri, Serv. pl. 812 fallit te  
 P fallete γ<sup>1</sup> fallite R 815 lina Py<sup>2</sup> 817 transit R; cf. 785.  
 transit MPγa<sup>1b</sup> transilit a<sup>2</sup>cm<sub>Z</sub> Ribb. transiliit π 819 sinus M<sup>1</sup>  
 γ<sup>2</sup>b<sup>3</sup>π 824 subit Re<sup>1</sup> strinxit M<sub>Z</sub> Lad.; cf. IX 294. 827 lae-  
 tu's Ribb. 834 levabat γbc Serv. lavabat cet. I., Serv. Flor.

stant lecti circum iuvenes; ipse aeger anhelans  
colla foveat fusus propexam in pectore barbam;  
multa super Lauso rogitat multumque remittit,  
qui revocent maestique ferant mandata parentis.  
at Lausum socii examinem super arma ferebant  
flentes, ingentem atque ingenti volnere victum.  
adgnovit longe gemitum praesaga mali mens.  
canitiem multo deformat pulvere et ambas  
ad caelum tendit palmas et corpore inhaeret.

840  
845

'Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,  
ut pró me hostili paterer succedere dextrae,  
quem genui? tuane haec genitor per volnera servor  
morte tua vivens? heu, nunc misero mihi demum  
exitium infelix! nunc alte volnus adactum!  
idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen  
pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis.  
debueram patriae poenas odiisque meorum:  
omnis per mortis animam sotentem ipse dedissem!  
nunc vivo neque adhuc homines lucemque relinquo.  
sed linquam.' simul hoc dicens attollit in aegrum  
se femur et, quamquam vis alto volnere tarda est,  
haud deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,  
hoc solamen erat, bellis hoc victor abibat  
omnibus. adloquitur maerentem et talibus infit:  
'Rhaebe, diu, res si qua diu mortalibus ulla est,  
viximus. aut hodie victor spolia illa cruenta  
et caput Aeneae referes Lausique dolorum  
ultor eris mecum aut, aperit si nulla viam vis,  
occumbes pariter; neque enim, fortissime, credo,  
iussa aliena pati et dominos dignabere Teucros.'  
dixit et exceptus tergo consueta locavit  
membra manusque ambas iaculis oneravit acutis  
aere caput fulgens cristaque hirsutus equina.

850  
855  
860  
865

Sic cursum in medios rapidus dedit. aestuat ingens  
uno in corde pudor mixtoque insania luctu.  
*et furiis agitatus amor et conscientia virtus.*  
atque hic Aenean magna ter voce vocavit.

838 pectora Madv. 44. *corpo* Py 850 exilium  $\gamma^1 a^1 c^2$  Serv.  
857 *quamvis* P<sup>2</sup> inde *quamvis dolor a. v. tardet* Peerlk. Ribb. *tarda*  
*est Schap.*<sup>8</sup> et Schröt. 1888, 10. *tardat* P<sup>1</sup> *ardat* M<sup>1</sup> inde *alti vul-*  
*neris ardet* Hoffm. ZöG. 1853, 518. *tardet* cet. libri 862 *cruenti* P<sup>1</sup>  
(cf. Serv. pl.) Ribb. 872 (= XII 668) *soli habent*  $\gamma^2 a^2 c \chi$

Aeneas adgnovi  
'sic pater ille d  
incipias conferr  
tantum effatus  
ille autem: 'qui  
terres? haec vi  
nec mortem ho  
desine, nam ve  
dona prius.' d  
ind aliud sup  
ingenti gyro, s  
ter circum adst  
tela manu iacie  
immanem aerat

Inde ubi  
vellere et urge  
multa movens  
bellatoris equi  
tollit se arrest  
verberat effusu  
implicat electo  
clamore incende  
advolat Aenea  
et super haec  
effera vis ani  
suspicisci ha  
'hostis amare,  
nullum in cae  
nee tecum me  
unum hoc per  
corpus humo  
circumstare od  
et me consort  
haec loquitur  
undantique an

874 adgn.  
884 aereus MPm  
Menag. I Ribb.

Aeneas adgnovit enim laetusque precatur:  
 'sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!  
 incipias conferre manum.'

875

tantum effatus et infesta subit obvius hasta.  
 ille autem: 'quid me erepto, saevissime, nato  
 terres? haec via sola fuit, qua perdere posses.  
 nec mortem horremus nec divom parcimus ulli.  
 desine, nam venio moriturus et haec tibi porto  
 dona prius.' dixit telumque intorsit in hostem;  
 inde aliud super atque aliud figitque volatque  
 ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo.  
 ter circum adstantem laevis equitavit in orbis  
 tela manu iaciens, ter secum Troius heros  
 immanem aerato circumfert tegmine sylvam.

880

Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula taedet  
 vellere et urgetur pugna congressus iniqua,  
 multa movens animo iam tandem erumpit et inter  
 bellatoris equi cava tempora conicit hastam.  
 tollit se arrestum quadrupes et calcibus auras  
 verberat effusumque equitem super ipse secutus  
 implicat eiectoque incumbit cernuus armo.  
 clamore incendunt caelum Troesque Latinique.

885

advolat Aeneas vaginaque eripit ensem  
 et super haec: 'ubi nunc Mezentius acer et illa  
effera vis animi?' contra Tyrrhenus, ut auras  
 suspiciens hausit caelum mentemque recepit:

890

'hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?  
 nullum in caede nefas: nec sic ad proelia veni,  
 nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lausus.  
 unum hoc per, si qua est victis venia hostibus, oro:  
 corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum  
 circumstare odia: hunc, oro, defende furorem  
 et me consortem nati concede sepulcro.'  
 haec loquitur iuguloque haud inscius accipit ensem  
 undantique animam diffundit in arma cruento.

905

874 adgn. eum Hertz. et Gebh. WkIPh. 1887, 784. 881 iam γχ  
 884 aereus MPm 879 erupit γ 899 caeli Peerlk. 908 arva  
 Menag. I Rbb.